

sit actio spiritualis , tamen excludit attentionem internam , quæ necessaria est ad impletionem præcepti audiendi Missam , ut experientia docet , cum Pœnitens totus sit in exponendis peccatis , excipiendis Confessarii admonitionibus &c. quæ mentem abstrahunt ab iis qua in Sacrificio fiunt . Si secundum , Titius satisfacit , quia brevitas temporis non tollit substantialiter ad impletionem præcepti , sicuti in aliquibus aliis præceptis parvitas materiae excusat ab eorumdem transgressione . Adverte tamen , eam Missæ partem , a qua Titius est distractus per Confessionem etiam brevissimam , non debere esse de substantia Sacrificii ; nam si ad eus essentiam spectat , quales sunt consecratio , oblatio , & per plures etiam sumptio , Titius non satisfacit , quia , licet ista partes modicæ sint quoad durationem , maximæ tamen sunt quoad substantiam , & essentiam Sacrificii . Ita Girib. Rosignol. & alii communiter .

M E N S E M A R T I I.

CAS. I. **A**ntoninus pœnitentiam Sacramentalem sibi a Confessario impo-
gnetia Plenaria se velle Deo iustificare . Q[uod] an excusat ab onere adim-
plendi talen pœnitentiam .

Respondeo . Quamvis aliqui doceant eum , qui consequitur Plenariam Indulgentiam , solvi ab onere adimplendi pœnitentiam a Confessario injun-
ctam , tamen censeo cum Girib. alioisque , apud ipsum tract. 7. cap. 12.
dub. 10. num. 64. non exculari : Ratio est , quia pœnitentia executio
spectat ad integratem Sacramenti , estque de jure divino ; & sic , licet
possit Pœnitens Indulgentiam Plenariam lucrando , alioisque mediis iusti-
ficare pro pena temporali ex peccato absoluto relista , adhuc tamen te-
netur satisfactionem adimplere , ut faciat Sacramentum integrum : tum
quia cum pœnitentia , ut plurimam , nedum sint satisfactoria pro pec-
catis præteritis , verum etiam medicinales ad præcavenda peccata futu-
ra , earum efficacia non compensatur adequate Indulgentiam lucrando :
ergo neque tollitur earumdem obligatio . Alias rationes vide apud Girib.
cit .

CAS. II. Causa simplici Confessario confitetur peccata reservata : hic adit Superiori , ut petat facultatem illum absolvendi , & eam obtinet ; sed , antequam Ablutionem impendat , reperit Cajum in aliud peccatum pa-
riter reservatum de novo incidiisse . Q[uod] an vi obtentæ facultatis possit il-
lum etiam ab hoc ultimo peccato absolvere .

Respondeo cum distinctione : Vel Confessarius facultatem obtinuit absolu-
vendi Cajum a quibuscumque causis reservatis sine distinctione , aut ex-
ceptione aliqua : vel impreta facultas limitata est quoad speciem pec-
tatorum , indeterminata tamen quantum ad numerum ; vel tandem ne-
dum quoad speciem , sed etiam quoad numerum definita . Si primum ; est
valde probabile , posse Cajum etiam ab illo ultimo peccato reservato
absolviri , quia facultas obtenta illimitata est , ac videtur a Superiori
concessa juxta indigentiam Caji usque ad ultimum Confessionis comple-
mentum . Si secundum ; non potest absolviri si illud ultimum peccatum
specie differat a prioribus , cum sub concessa facultate non veniat ;
si ve-